



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Comitvm Par Genere, Potentia, Opibvs, Heroicaq. Virtvte  
inclytum B. Godefridus, Vuestphalus, S. Romaricus,  
Austrasius**

**Serarius, Nikolaus**

**Mogvntiæ**

Cap LII. De Cappenbergensi Godefridi tumulatione.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-37252**

ius patroni aduentu, velut antiquæ  
seruitutis mœrore proiecto, nouæ li-  
bertatis & exultationis gratia dona-  
ta est, sentiens per eum vberiore  
diuini respectus benedictionem cõ-  
secutam.

## C A P L I I.

*De Cappenbergensi Godefridi  
cumulatione.*

**D**Einde anno sequenti, sextodeci- *Anno*  
mo Calendas Octobris, sacra of- *1149.*  
fa, multis astâtibus, in sanctuario no-  
no venerabiliter ab Antistite Mona-  
steriensi *V*Vernero reposita sunt, ex  
quo nimirum tempore ipsa rerum  
experientiâ cognouimus, quod su-  
perni muneris abundantia intus &  
foris, magis magisq; cumulati sum<sup>9</sup>,  
ita vt historiæ illius recordari possi-  
mus, qua dicitur: *Benedixitq; Dominus* *Genes.*  
*domui principis militum, & multipli-* *39.*  
*cavit tam in edibus, quam in agris, cun-*  
*ctam eius substantiam propter Ioseph.*

F Nos

Nos itaq; quemadmodum ille Princeps exercitus, huic nostro Ioseph votis assiduis domū delegemus gubernandam, creditis ille omnibus, quia profecto nostra omnia sub meritorum eius manu perpetuo benedicenda & promouenda indubitanter confidimus.

## CAP. LIII.

*Aliū repetita Godefridi stirps.*

**P**orro de antiquis possessoribus Capenbergensis castri, qui de Magni Caroli & VVidekindi Regis progenie per Imezam quæ Xantis quiescit (quia, ut aiunt, sororis suæ filiam, Carolus tãquam pacis obfidem VVidekindi filio dedit vxorem, & à cuius posteris curtem VVilde obtinemus) descendisse traduntur, quorum hodieque in multis excellens claret magnanimitas. Vnum hinc Hermannum Comitem vna cum deuotissima eius coniuge Gerberge de Hune-

*Vel, V-  
mel. 477.*

*De hoc  
sup. c. 1.  
E 2.*